

catum. Quo. n. corrumpitur coniunctio, quæ nec secundum esse, nec secundum intellectum delinere potest. Cui autem in prædicatione quiddam prædicatum ita claudatur in subiecto, quod subiectum nec esse, nec intelligi sine illo possit, consequens est quod veritas per tale propositionem importata sit inaccessibilis & necessaria. Quia vero omnis propositio, in qua species prædicatur de proprio individuo, est prædicatio quiddam (ut patet ex speciei diffinitione) oportet quod qualibet talis sit necessaria & perpetua, & sic ista propositio Sortes est homo, est perpetua & incorruptibilis veritatis propter necessariam connexionem subiecti cum prædicato. Ad id vero quod obijciatur dicitur, quod nihil obest perpetuitati veritatis significata per oppositionem, corruptio extreme morum. Si enim homo sit, siue non, semper est verum dicere, homo est animal, nec minus siue Sortes sit siue non, semper est verum dicere Sortes est homo, si uniuoce utramque Sortis nomine. Si namque Sortis nomine, modo in telligis individuum humanum, & postea individuum cadaveris, iam non uniuoce accipis Sortem. Simile enim est ac si Sortis nomine canem, aut piscem intelligeres. Vnde uniuocatione terminorum seruata simpliciter & absolute necessaria est ista, Sortes est homo, sicut & ista homo est animal. Et ad maiorem claritatem suadeo hoc ex verbis Arist. in 4. c. Declarans siquidem ipse in diffinitione de omni, quid sit semper dici de aliquo, ait quod est si nunc est homo, nunc est animal, id est quodcumque de aliquo verificatur subiectum de eodem verificetur prædicatum, ex quo habetur, quod illud prædicatum semper est in subiecto, quod semper sequitur ad suum subiectum, & si necessario sequitur propositio illa non solum est perpetua, sed simpliciter est necessaria. Cum autem ad Sortem necessario sequatur homo, oportet quod propositio dicens Sortes est homo, non solum semper sit vera, sed necessaria. Decipiuntur vero in hac materia dicentes oppositum, quia ea æquiuoce Sortis nomine utuntur, & non aduertunt, quod non minus est necessaria ista, for. est homo quia ista Sortes est Sortes, quia necessario prima ad istam sequitur. Non minus enim sequitur, Sortes est Sortes, ergo Sortes est homo, quam sequatur A est Sortes, ergo A est homo, illam autem scilicet, Sortes est Sortes, esse perpetuo incorruptibilis. & necessaria veritatis simpliciter est adeo per se notum, ut indiscipulati & indispositi ad philosophandum sit querere eius probationem. Amplius propter proteruos & debiliore ingenii viros. Omnis enunciatio cuius res significata non potest aliter se habere, quam sicut per illam enuntiationem significatur, est enunciatio necessaria, patet ista ex Arist. in prædicamentis. Sicut. n. ab eo quod res significata est vel non est oratio, dicitur vera vel falsa, ita ex eo quod res significata non potest aliter esse, vel potest, oratio dicitur necessaria vel contingens: sed enunciatio quælibet, in qua species de individuo, proprio prædicatur est huiusmodi, quod si res significata per eam non potest aliter se habere, quam sicut significatur per illam, ergo & cetera. patet minor, quia res significata per huiusmodi propositiones nil aliud est, quam coniunctio subiecti cum prædicato ut patet. Talem autem coniunctionem (ut probatum est) impossibile est aliter se habere. Est igitur ista, Sortes est homo, perpetua & simpliciter necessaria veritatis, licet utrumque extremum possit non esse, hoc enim nihil obest, ut declaratum est.

Quæcumque sunt per se eo modo quo eorum naturalis dispositio exigit, necessaria sunt.

Circa eandem secundam probationem principalis conclusionis. Dubitatur quomodo illudmet assumptum scilicet Quæcumque per se sunt necessaria, verificetur. Cum enim omnis conclusio demonstrationis sit per se, & propositiones, in quibus coniunctiones, aspectus & eclipsis luminarium prædicantur demonstratiue concludantur,

cas per se oportet esse, & tamen necessaria non sunt, quia possunt aliter se habere eorum significata. Clarum est. n. quod corpora celestia aliter & aliter se habent secundum huiusmodi accidentia, quoniam non semper eis in sunt. Ad hoc multipliciter respondetur, primo negatur, quod istæ propositiones sint per se, quia non demonstrantur in actu, sed in aptitudine, sed hoc est superius, in quarto capitulo improbatum. Secundo dicitur, quod istæ sunt necessariae in ordine ad causas suas, ita quod eclipsis relata ad lunam non inest sibi necessario, relata autem ad causam suam, puta interpositionem terræ, inest sibi necessario, quia posita interpositione necessario inest. Sed nec responsio hæc facit intellectu satis, quia hoc ad necessitatem conclusionis non sufficit. Primo, quia remaneret in rei veritate conclusio non necessaria, quoniam in ea causa non ponitur, sed subiectum, puta luna & eclipsis. Secundo, quia iterum redit quæstio eadem de necessitate alterius præmissæ, in qua, subiecto causa coniungitur, puta interpositio terræ ipsi lune, non inest magis necessaria quam eclipsi. & si hoc iterum interpositio terræ dicatur præcise necessaria in ordine ad causam, iterum de illa causa queretur, & si assignabitur situs luminarii in talibus locis, iterum de necessitate talis situs queretur, cum & ipse non sit necessarius magis, aut procederet ergo in infinitum in huiusmodi necessariis in ordine ad causas, aut ad aliquid necessarium in ordine ad subiectum & causam simul venietur. Et confirmatur hoc, quia oportet non solum maiorem extremitatem inesse medio necessario, sed etiam medium necessario inesse minori, & maiorem minori necessario coniungi, aliter demonstratio non est. Secundum autem hanc rationem tantummodo colligatio maioris extremitatis cum medio est necessaria, unde non magis necessaria est ista, luna eclipsatur, quam ista, homo est disgregatus visus, utriusque siquidem prædicatum necessarium est in ordine ad causam suam, disgregatum namque visus necessarium est in ordine ad albedinem, quæ est eius causa. Et cum clarum sit quod necessitas istius non sufficit ad demonstrationis conclusionem, dicatur quod necessitas in ordine ad causam præcise ad demonstrationis conclusionem non sufficit. Amplius necessarium præcise in ordine ad causam est necessarium non nisi ex suppositione scilicet si causa sit, sed ad necessitatem conclusionis demonstrabilis non sufficit, quod reductur ad necessitatem suppositionis, quia sic omnis conclusio esset necessaria: cum ex fine primi perihermenias habetur: quod qualibet propositio necessaria est ex suppositione. Ex prædictis ergo in quarto capitulo sumenda est responsio: & dicendum est, quod istæ sunt per se & necessaria: eo modo quo perpetua sunt semper veræ, autem veritates, sunt non secundum quod tempus simpliciter, sed secundum omne tempus, quo prædicata nata sunt inesse subiectis, nunquam siquidem fallit quando nata est esse coniunctio, vel oppositio luminarium. Vnde ad id quod assumitur, quod possunt eorum significata aliter se habere, eodem modo dicitur quod impossibile est eorum significata aliter se habere tempore quo nata sunt esse, licet aliquo tempore non sint, & hoc sufficit immo (ut in philosophia naturali experientia ostendit) ad necessitatem conclusionis demonstrabilis sufficit, quod ut in pluribus non possit aliter se habere. Necessitas enim propositionum, de qua posteriori tractus loquitur, ex materia sumenda est: & sicut analogice, & non uniuoce inuenitur, in diuersis rebus, ita analogice in præmissis & conclusionibus demonstrationum diuersarum requirenda est, fatuum est siquidem querere propositiones omnes necessarias uniuoce necessarias, si res ipse significata non sunt uniuoce necessaria. Vnde (sicut superius distinctum est) de omni, in tres ordines ista necessaria distinguenda est. In separatim siquidem a materia est necessariū simpliciter: in mobilibus autem, sed incorruptibilibus, est necessariū regulariter: in mobilibus autem

Primo in notando circa finem.

Egidii opinio.

infra Tex. c. 29.

circa finem in primo notando.

conclusio.

conclusio.

conclusio.

conclusio.

conclusio.

conclusio.

conclusio.

T. c. 2.]

Ratio erroris aliorum.

In prædicamento substantiæ circa si dicta vltima.